Fratri Mauritio.

Accepi literas a Calkio nuper admodum, quibus acceptum imprimis et gratissimum Poëma nostrum Mathiaci fuisse testatur, sed et admirationi et stupori, si fas est. De ijs autem quas ad te dedit mentionem injiciens, videtur nescio quid polliceri sibi de quatuor anni tempestatib. aeri incidendis. Cuius morem gesseris, spero quod in mandatis a me habes. Si quid postmodum deesse censebunt, penes ipsos arbitrium sit, et expensae cura. Non tanti nobis abortiua nostra, ut et cultus rationem habendam censeamus. Deinde, nisi valent inculta placere, per me quidem ut simul ornatu atque fauore lectorum destituantur. Adde, ne quidem commode satis diuersam Anni faciem in syluula isthac nostra exprimi posse. quam causam ad fratrem potius cur ~~[illegible]~~ amplius una tabella incidendam non putauerim. Vale, et saluta qui nostri memoriam non dedignantur. Literas Carletonij auide expecto, sed magis Sauiani. Salueat multum Mongomerius, cui has a Rhenanistro perferendas curabis.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 49-1, p. 71-72
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/137

Or l[…]

[illegible]

d'un[…]

[illegible]

[illegible]

Or[…]

[illegible]

© Koninklijke Bibliotheek
KA 49-1, p. 71-72
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/137